

Johannes de Regis

Paris 1369, ms. BnF 15156, f. 34r

Ipsa vero apprehensum sanavit. Luc. 14 <4> Reverendi patres et discipuli. Verbum istud quod ad sensum secundum historicum de Christo qui sanavit ydropicum, sed ad sensum mysticus seu tropologicum referendo potest breviter sic concludi :

A natura deitas datur cura sanitatis

A censura veritatis datur cura sanitatis

A natura caritatis datur cura sanitatis

Ab unctura sanctitatis datur cura sanitatis

nec

Nam deitas inducit bonum monasticus, primi *Sententiarum*, dist. prima.

Nam veritas producit totum ens phisicus, secundi *Sententiarum*, dist. prima.

Nam caritas adducit ad egressum medicus, tertii *Sententiarum*, dist. prima.

Nam sanctitas educit landore terminus, quarti *Sententiarum*, dist. prima.

(...) f. 39r

Virtus ex se sufficiens potest solitarie quidquid potest cum alio

Virtus casus prospiciens agit voluntarie rationis iudicio

Virtus nunquam deficiens producit plenarie effectus absque vitio.

Nam aliter

Talis virtus dependeret in suis operibus

Talis virtus non videret super contingentibus

Talis virtus subiaceret monstris et deformibus